Phocæ. Baſilii Porphyrogeniti. Romani Argyri. Zoës. Michaëlis τοῦ ϛρατιωτικοῦ. *Iſaacii Comneni. Michaëlis. Nicephori Botaniatæ. Alexii Comneni. Manuelis Comneni. Alexii Comneni Secundi. Iſaacii Angeli. Johannis Ducæ. Michaëlis Palæologi. Incerti Imperatoris.*

Libro II. Decreta Patriarcharum, & Synodorum Conſtantinopolitanarum. Videlicet. *Johannis Chryſoſtomi. Gennadii. Taraſii. Nicephori Confeſſoris. Theophylacti. Siſinii. Sergii. Alexii. Michaëlis, Niceta Protoſyncello & Chartophyláce. Conſtantini Chliareni. Johannis Xiphilini. Nicolai. Stypæ, & Arſenii. Lucæ. Michaëlis Anchiali. Theodoſii. Germani. Manuelis. Athanaſii. Incertorum Patriarcharum. Nomina Metropolium LXXX. & Archiepiſcopatuum XXXVIII.*

Libro III. Reſponſa, & Epiſtolæ Patriarcharum, & aliorum Sanctorum Patrum. Nimirum, *Adriani Papæ ad Baſilium Achridenum Archiepiſcopum Theſſalonicæ. Baſilii ejuſdem ad eundem Adrianum Papam. Nicetæ Metropolitæ Heracleæ Reſponſa ad Conſtantini Epiſcopi quæſtiones. Demetrii Chomateni Archiepiſcopi Bulgariæ. Ejuſdem ad Conſtantinum Cabaſilam Metropolitam Dyrrhachii. Johannis Epiſcopi Citri ad eundem Cabaſilam. Eliæ Metropolitæ Cretenſis ad Dionyſium Monachum. Nicetæ Metropolitæ Theſſalonicenſis ad Baſilium Cappadocem. Johannis Zonaræ de profluvio ſeminis. Theodori Balſamonis ad LXIV. Quæſita Marci Patriarchæ Alexandriæ. Incerti de Translatione Epiſcoporum.*

Quamquam majus opus (verba hæc ſunt Fabricii Tom. XII. Bibl. Græc. p. 484.) quod in hoc genere paravit præſtantiſſimus Juriſconſultus Bonefidius, non vidit lucem; tamen vel hoc ſpecimen de inſigni ejus eruditione teſtatur, quod Græce ille cum verſione ſua ſeparatim ſubjuncta Ann. 1573. in 8. ex officina Henr. Stephani primus edidit, non diu poſt VI. Id. Febr. Ann. 1574. anno ætatis duodequadrageſimo defunctus: duorumque maximorum, ac laudatiſſimorum virorum, quorum alterius Collega, alterius doctor fuit, inſigne teſtimonium promeritus. Ex his prior Jacobus Cujacius lib. XI. Obſerva-